



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

De discessu ioannis ab eis ca. lxxij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

Historia libri

Paulus et barnabas conuerterunt
Sergium proconsulem.
Capitulum. LXXXI.

Et cum perambu-

lissent vniuersam insulam cypri,
scilicet usque paphum: inuenerunt quens-
dam virum magni pseudo prophetam iudeum:
cui nomen erat barten, qui erat cum sergio paulo
viro prudente qui erat homo magne dig-
nitatis. Erat enim proconsul. Id est secundus a
proconsule. Hic accersitis barnaba et paulo des-
derabat audire verbum dei: tamen resistebat
eis elimas magus. Et vide quia alterum est
interpretatio alterius. Elimas enim interpre-
tatur magus. et sic nomen commune malefico-
rum appropriatum est isti Saulus autem qui
et paulus repletus spiritu sancto intuens eum
dixit. Non plene omni dolo et omni fallacia, si-
li diabolus, inimice omnis iusticie, non desinitis
subuertere vias domini rectas. Nota quod dis-
cretum est saulus qui et paulus. Tradunt enim
sancti quod a sergio paulo ad fidem conuerso: di-
ctus est paulus. Unde hic primo fit mentio
de nomine paulus: solus Origenes dicit,
quia semper fuerit binomius dictus, scilicet sau-
lus et paulus. Vel in apostolatus acceptio-
ne primo sortitus est hoc nomen, ut qui pri-
mo a saule persecutore dicebatur saul, de superbo
factus humilis, pro saulo dicitur est paulus, quia
si modestus et humilis. Unde quasi nomen
suum interpretando: dicit se minimum aposto-
lorum. Videtur autem, xiiij. anno a passione
domini, promotus ad apostolatam cum barna-
ba, et sortitus pauli vocabulum, et, xiiij. pro-
fectus est ad magistrum gentium. Cui satis ec-
clesiastica historia concordat, vbi legitur pre-
ceptum apostolis esse: ut post passionem per duos
decim annos predicarent in iudea. Tertio au-
tem decimo anno ceperunt paulatim transire
ad gentes, nondum tamen ex toto, postea omni-
no exierunt de finibus iudee: et nunc inquit Ec-
ce manus domini super te, id est vindicta di-
uine exercabitur in te. Eris enim cecus lumine ca-
pitis: sicut cecus es lumine mentis, non vis-
dens ad tempus solem materiam, quia non
vides solem iusticie per fidem. Et confestim
cecidit in eum caligo et tenebre, et cecutens
id est in modum ceci in circumitu se vertens
querebat qui manum eius daret ut duceret eum.
Et statim proconsul visso miraculo credidit

amirras super doctrina domini.
De discessu iohannis ab eis.
Capitulum. LXXXII.

Im autem a pa-

pho nauigasset paulus et barna-
bas cum eo venerunt pergen-
tium ciuitatem pampillie, et tunc iohannes discedens
ab eis: reuersus est hierosolymam unde vene-
rat cum eis. Et forte reprehensibilis fuit cau-
sa quare discessit ab eis, et hec fuit causa disci-
dij inter paulum et barnabam: quod habebat
infertus. Paulus vero et barnabas venerunt
antiochiam perfidie: quod additum est ad dif-
ferentiam alterius antiochie, que dicitur an-
tiochia syrie, que olim dicebatur reblata: qua
nos adhuc vocamus antiochia. Et ingressi
synagogam die sabbati sederunt quasi audiri
legem: non predicaturi. Post lectionem autem
legis et prophetarum dixerunt ad eos principes
synagoge, Viri fratres: si quis est in vobis ser-
mo exhortationis dicite.

De predicatione pauli et barnabe in syna-
goga.
Capitulum. LXXXIII.

Urgens autem

paulus et manu silentium indicens
aggressus est facere grande sermo-
nem inchoans ab altiori. Viri inquit israelite
et qui timetis deum de gentibus audite. Deus ple-
bis israel patres nostros elegit et exaltavit ple-
bem cum essent incolae in egypto, seruantes in
luto et latere: de qua eduxit eos in manu forti
Et quadraginta annis sustinuit mores eo-
rum in deserto, postea introduces eos in ter-
ram promissam, destruens septem gentes que habi-
tabant in terra: forte distribuit eis terram, quasi
post quadringentos quinquaginta annos.
Et intelligendum est a nativitate isaac usque ad
exitum israel de egypto fluxerunt anni quadringenti
genti quinque. Postea completis, et annis in de-
serto usque in terram chanaan diuisa est terra
A nativitate ergo isaac usque ad diuisionem terre
fluxerunt quadringenti, l. anni. Et post quadringen-
tos, et extunc fuit populus dei sub iudicibus usque ad
tempus samuelis, et exinde postularunt regem:
et dedit eis saul, qui regnavit super eos, et l. annis
computatis simul annis samuelis. Sic et ba-
bes in chronica hebreorum, et eo sublato de